Noverint universi quod ego Catherina uxor Ferrarii Corney parrochie de Silvano domina utilis et proprietaria mansi Corney eiusdem parrochie gratis et ex certa sciencia per me et meos successores in manso terris et possessio
nibus infrascriptis de voluntate et consensu dicti viri mei presentis et consencientis Confiteor et recognosco vobis venerabili Petro Imroni, Petro de Castello et Petro Bosch consulibus et Bernardo Andree civibus comen
datoris hospitalis novi Gerunde, regentibus et administrantibus dictum hospitale nomine Civitatis et Universitatis Gerunde, quod sum et esse debeo femina propria et solida dicti hospitalis una cum omni prole mea
nata et nascitura et omnibus rebus et bonis meis mobilibus presentibus et futuris, racione dicti mansi mei Corneyll siti in dicta parrochia de Silvano qui pro dicto hospitali ad directum dominium tenetur, ex quo
quidem manso dictum hospitale habet et habere debet atque consuevit homines et mulieres intratas exitus personarum redempciones intestias exorquias et alias servitutes inde fieri et prestari assuetas
et in quo eciam manso tenemur ego et mei ego quoque [illegible] et meos promitto continuam facere residenciam personalem tenereque mansum ipsum tectum casatum afforatum et domos eius condirectas et eiusdem mansi terras
et possessiones cultas et condirectas taliter quod dictum hospitale habeat et habere possit ibidem homines et mulieres census tascas agraria servitutes et alia iura quos quas et que inde fieri et prestari con
sueverunt atque debent ut inferius continetur. Quocirca promitto vobis ac eciam sponte iuro per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter manu tacta quod ero dicto hospitali et vobis et successoribus
vestris in regimine et administracione dicti hospitalis bona fidelis et legalis de corpore et havere et de omnibus iuribus dicti hospitalis et non intrabo causa habitandi aliquam Civitatem villam castrum
vel alium locum privilegiatum nec aliquid faciam tractabo vel procurabo propter quod dictum hospitale possit ius et dominium quem in me prole mea nata et nascitura ac rebus et bonis meis mobilibus
habet et habere debet amittere et alius sibi adquirere quoquomodo, obligando ad hec dicto hospitali ac vobis et successoribus vestris in regimine et administracione dicti hospitalis me et omnia bona mea ha
bita et habenda ubique. Et premissis attendendis facio et presto homagium manibus meis comendatum in posse vestri dicti venerabilis Petri de Castello unius ex consulibus dicti hospitalis illud nomine dicti hospitalis
recipientis iuxta usum et consuetudinem huius terre. Preterea confiteor et recognosco vobis dictis venerabilibus consulibus et comendatori dicti hospitalis quod teneo pro dicto hospitali et sub directo dominio et alodio eius
dem hospitalis dictum mansum meum Corneyl cum eius terris honoribus et possessionibus videlicet situm dicti mansi cum domibus ibi constructis et construendis et cum area clauso et quintanalibus
eiusdem mansi prout sunt, hec omnia contigua et continent inse decem versanas vel inde circa. Et affrontatur ab oriente in honore mansi Riquerii, a meridie in honore mansi Ventura et mansi Andree,
ab occidente in honore mansi Salvador dicte parrochie de Silvano, et a circio in dicto castro de Barbaneteri. De expletis dicti provenientibus ex predictis que sub dictis affrontacionibus continentur facio et presto ac
facere et prestare debeo et promitto dicto hospitali ac vobis eius nomine et successoribus vestris in regimine et administracione dicti hospitalis bene et fideliter tascam et braciatgium. Item teneo pro dicto
hospitali et sub directo dominio et alodio ipsius hospitalis quandam vineam cum terra in qua sedet in dicta parrochia in loco vocato Cabrera et continet circa quatuor versanas inter vinea et boscum
prout affrontatur ab oriente in honore meo infrascripto, a meridie in honore Petri Vermeyl de Silvano, ab occidente et a circio in campo publico. De expletis cuius siquidem vinee facio et presto ac facere
et prestare debeo et promitto vobis et successoribus vestris in regimine dicti hospitalis fideliter unam tascam. Item teneo pro dicto hospitali et sub directo dominio et alodio eiusdem hospitalis quandam
vineam cum terra in qua sedet in dicto loco vocato Cabrera et continet inter vineam et boscum circa sex versanas. Et affrontatur ab oriente in honore meo qui fuit den Barba qui pro dicto hospitali
tenetur, a meridie in dicta vinea mea superius proxime confrontata, ab occidente in honore meo et a circio in honore heredis mansi Ventura. Item teneo pro dicto hospitali et sub directo dominio et
alodio eiusdem quandam aliam vineam et terram et boscum sitam in dicta parrochia in loco vocato Torrent de Lop et continet inse circa quinque versanas et affrontatur ab oriente in honore heredis
mansi Ventura, a meridie in honore meo, ab occidente et a circio in honore dicti hospitalis qui fuit Arnaldi Ferrarii. De expletis quarum quidem vinearum superius confrontatarum facio et presto
ac facere et prestare debeo et promitto vobis et successoribus vestris in regimine et administracione dicti hospitalis fideliter unam tascam. Item confiteor et recognosco vobis dictis venerabilibus consulibus
et comendatori dicti hospitalis quod teneo pro dicto hospitali et sub eius directo dominio et alodio quandam tenedonem terre cum vinea per eo plantata in montanea de Silvano in loco vocato Puig de Ginestar
et continet inse quinque versanas vel inde circa prout affrontatur ab oriente in honore meo, a meridie in [illegible] alio honore meo, ab occidente et a circio in honore mansi Ventura. De cuius pecie
terre expletis facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto dicto hospitali et vobis eius nomine et successoribus vestris in regimine et administracione dicti hospitalis fideliter unam tascam.
Item teneo pro dicto hospitali et sub directo dominio et alodio dicti hospitalis quandam peciam terre in parte cuius est plantata vinea sita in dicta parrochia in dicto loco vocato Puig de Ginestar
et continet inse circa tres versanas. Et affrontatur ab oriente in honore meo qui fuit [illegible] Bernada, a meridie in honore mansi de Petris, ab occidente in honore mansi Ventura, et a circio
in dicta mea tenedone proxime confrontata. De expletis cuius quidem pecie terre facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto dicto hospitali et vobis eius nomine et successoribus vestris in
regimine et administracione dicti hospitalis fideliter duas tascas. Pro quibus siquidem manso sive bonis et terris honoribus et possessionibus superius confrontatis et designatis facio et presto ac
facere et prestare debeo et promitto dicto hospitali et vobis et successoribus vestris in regimine et administracione dicti hospitalis annuatim perpetuo de censu scilicet in festo omnium sanctorum duo
paria caponum et unam gallinam et unum caseum si bestiarium minutum habuero et in festo pasce domini quatuor ova et unum garbellum palearum et unum brassat lignorum. Et duas
jovas videlicet unam in mense Junii et aliam tempore sementerii et unam traginam et in mense Junii pro bajulino sex denarios barchinonenses de terno. Et in festo sancti Andree media mina olei qui
olim ut fuerint iuxta dictum mansum ut apparet per instrumentum inde confectum quos census et agraria teneor et promitto meis propriis sumptibus et expensis asportare et ponere intus domum sen
foriam de Barbaneteri sita in dicta parrochia de Silvano. Et est verum et certum quod omnia tercia laudisinia et foriscapia ius emparandi et retinendi et alia omnia et singula ad directum domi
nium pertinencia ex predictis manso terris et possessionibus superius confrontatis et designatis pervenientia sunt et esse debent dicti hospitalis novi Gerunde. Item confiteor et recognosco vobis dictis ve
nerabilibus consulibus et comendatori hospitalis novi Gerunde quod teneo pro aliis dominacionibus terras et possessiones sequentes videlicet quendam campum terre meum situm in dicta parrochia in
loco vocato Sa Paleyhina et continet inse circa duas versanas prout affrontatur ab oriente in honore dicti [illegible] Petri Bufart sacriste ecclesie de Silvano et ab occidente in honore mansi Migera, quemquidem
campum teneo pro beneficio elemosine de Sernyano. Item teneo pro beneficio capelle vocate dels Puellis Gerunde quendam campum terre situm in dicta parrochia in loco vocato Sodot et affrontatur ab
oriente in honore Berengarii Molerii de Fonte et ab occidente in honore venerabilis Bernardi de Scala civis Gerunde. Item teneo pro elemosina panis sedis Gerunde quendam campum terre situm in dicta
parrochia in loco vocato Ses Arenes et continet inse duo jornalia et medium bovum prout affrontatur ab oriente in honore Johannis Mestra de Silvano et ab occidente in campo publico. Item teneo pro
reverendo domino abbate sancti Petri de Gallicantu Gerunde quendam campum terre quem habeo teneo et possideo in dicta parrochia in loco vocato Pugol et continet duo jornalia et medium bovum et
affrontatur ab oriente in honore heredum mansi Molar et ab occidente in honore Bernardi Fiyl. Item teneo pro venerabili Bernardo Andree de Agiario cive Gerunde herede domine Arnalde uxoris Berengarii Re
naldi quondam civis Gerunde quandam vineam heremam et boscosam sitam in valle vocata de Ferrariis et continet circa decem jornalia bovum. Et affrontatur ab oriente in honore mansi Andree et ab
occidente in honore dicti venerabilis Bernardi de Agiario predicti qui fuit uxoris Raymundi Sanlena. Iuramus sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manu corporaliter tacta predicta omnia
et singula fore vera ac inse veritatem omnimodam continere. Hec itaque facio et firmo ac pariter et promitto in manu et posse Petri Ritsar scriptoris substituti infrascripti stipulantis hec
a me legittime nomine vestro et dicti hospitalis aliorumque omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse. Et ego dictus Ferrarius Corneyl maritus dicte Catherine consencio ad predicta eaque laudo
et firmo. Actum est hoc in dicto castro de Barbaneteri die quartadecima madii anno Millesimo Quadringentesimo Quintodecimo. Signum mei Catherine iurantis. Signum mei Ferrarii Corneyl eius ma
riti consencientis predictorum omnium qui hec laudamus et firmamus. Testes discretus Franciscus Carbonelli presbiter beneficiatus in capella sancte Catherine dicti hospitalis novi Gerunde, et Joannes Bo
nanati de Sayano in dicta domo sen foria de Barbaneteri nunc commorans.

Sig+num Petrus Anthonius Renard notarius publicus auctoritate Regia substitutus ab herede et successore Jacobi de Campolongo quondam publici Civitatis basilie et vicarie Gerunde scribe pro ipsius
[illegible] notario, tenens notas et prothocolla venerabilis Petri Pinos quondam similibus auctoritate et substitucione notarii publici, substitutus a Jasperto de Campolongo publico Gerunde notario, huiusmodi instrumentum
in posse dicti notarii confectum iam ac in publicam formam redactum scripsi et clausi.

Perg. 41

Capbrou del mas romeu y dta. parroquia de
St. Eta.